



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1657

§. 241. Respondens autem alter increpabat eum. v. 40.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

ratione vteris, sed ea pessime vteris, contra rationem, quia ideo aggredi aliquem, quod in iis sit, est esse malum, quia alius bonus est.

Domine nescio quid de hoc furcifero dicam. Certe ille dignum ostendit esse, qui de terra viventium abraderetur & poneretur cum blasphemis, praesertim, cum, quantum in eo fuit, alterum latronem conatus fuerit incitare, simulando se in eius favorem loqui, dum ait, saluum fac te, & nos. plus de hoc homine, quid dicam, nescio, interea miror ego potius, Domini mei incomprehensibilem patientiam in omnibus tormentis & ludibrijs; sapientiam in verbis, bonitatem in manifeste & peruerse aduersantes, virtutes omnes, naturae caprum.

§. 241. Respondens autem alter increpabat eum. v. 40.

Providit coelestis Pater, ut, dum vnus pendentium in cruce blasphemaret omnium indignissime Dominum N exciraretur spiritus alterius latronis & tacentem ad omnia Dominum defensare inciperet, & tacentibus ceteris omnibus qui circumstabat, iste quasi ex Cathedra vel suggestu caput fieri Aduocatus & Procurator Christi. Sed vnde huic latroni tanta bonitas, ut qui in homines erat grassatus, cum liber erat, nunc victus & morti propinquus incipiat contraria studia & tam repugnantia priori suo instituto? Credo quod lumen naturae sequens, vidit in Christo illam admirandam taciturnitatis gratiam, & contra furiosum modum agendi Iudaeorum, & sic dispositus fuit ad ulteriorem illuminationem & rectitudinem voluntatis, & confessionem oris.

Domine, quando non facio recte, obsecro permittite me in admonitionibus tribulationes incidere, ut contigit huic latroni defensori Christi, & in his ipsis lumen bonae mentis sequendo ad tuam gratiam ampliorem me disponere. nunquam oppresso insultare, magis autem defendere, si utiliter possit id fieri, & sic te Dominum in tuorum vni te colligere, solari, vestire, potare.

§. 242. Dicens, neque tu times Deum. v. 40.

Hoc exordium mihi videtur indicare, hunc hominem iam apud se de Christi Domini perspecta innocentia cogitasse, atque Iudaeos in animo suo tanquam impio & timoris divini oblitos damnaasse; vnde eidem sententiae socium latronem sese iam implicare subindicat, exprobrans ei quasi diceret: istos Iudaeos utpote sanos, liberos & petulantes potui tolerare, quod maledicebant, quia multum habent temporis ad poenitentiam, vel saltem videntur habere; te vero, qui iam stas in limine mortis & vitae,

X

galia